In delitijſ palam quam ħt atque ad te deferam
Non edepol conduci poſſum uita uxoriſ annua
Par Cenſen tu hodie illum primum aſſuetum ire in ganeum.
Art Ille ecaſtor ſuppilabat me quod ancillaſ meaſ
Suſpicabar: atq; inſonteſ miſeraſ cruciabam
Ar Pater iube dare uinum iam dudum factum ē quom primum bibi
De Da puere á ſummo. at age tu intro abi ab infimo da ſuauium
Ar Perij miſera ut oſculatur carnifex capuli decuſ
De Aedepol animam ſuauiorem aliq̃to q̃ uxoris meę
Phi Dic amabo an fetet anima uxoriſ tuae: De nauteam
Bibere malim ſi neceſſum eſt q̃ illam oſcularier
Art Miſer ecaſtor eſ. Par ecaſtor dignuſ ē. Ar quid aiſ pater
Art Ain tandem edepol ne tu iſtec cum magno malo tuo
Dixiſti in me ſine ueniaſ modo domum faxo ut ſcias
Quid pericli ſit dotatę uxori conuitium dicere
Art Ecquid matrem amaſ: De ego ne: illam nunc amo q̃a nō adeſt
Ar Quid cum adeſt: De periſſe cupio. Par amat homō hic te ut predicat
Art Ne ille ecaſtor foenerato funditat nam ſi domum
Redierit hodie oſculando ego ulciſcar potiſſimum
Ar Iace pater taloſ ut porro nos iaciamuſ. De maxume
Te philenium mihi atque uxoriſ mortem hoc uenereum ē
Pueri plaudite et mihi ob iactum cantaro mulſum date
Ar Non queo durare. Par non didiciſti fullonicam
Non mirandum eſt in oculos inuadi optumum eſt
Art Ego pol uiuam & tuiſ hęc hodie cum tuo magno malo
Inuocaſti. Par ecquiſ currit pollinctorem accerſere
Ar Mater ſalue. Art ſic ſalutaſ. Par mortuuſ eſt demenetus
Tempuſ ſubducere hinc me pl'cre hoc gliſcit prelium
Ibo ad dyabolum mandata dicam facta ut uoluerit
Atque interea ut decvmbamuſ ſuadebo hi dū litigant.
Poſt eum demum huc craſ adducam ad lenam ut uiginti minaſ
Eidet in parte. hac ut amanti liceat potirier.
Argiripuſ exorari ſpero poterit ut ſinat
Se ſe alternaſ cum illo nocteſ hac frui. nam ni impetro
Regem perdidi ex amore tm̄ ē homini incendium
Art Quid tibi huc receptio ad te eſt. meum uirum. pol me quidem